



Tecnológico  
de Monterrey

EX LIBRIS  
SALVADOR UGARTE  
CIUDAD DE MEXICO  
N° 897 - BC



Tecnológico  
de Monterrey

Ramiro 134



Tecnológico  
de Monterrey



PIVS EPIS COP VS SERV VS SER  
uorum Dei ad perpetuam Rei memoriam.

**T**isi Mendicantū ordines, qui sedulum  
in vinea domini quotidie exhibere nō  
cessant famulatū, summo semper studio  
(etiam dū in minoribus essemus) ample-  
xi sumus: ad summī tamē Apostolatus  
apicē (meritis licet imparibus) diuinā  
fauēte clemētia assumpti, dū id mēte re-  
colimus, facere non possumus, quin eos propēliorū chari-  
tate, & paterno affectu amplectamur: ac exinde pro suis  
sanctis studijs, honestisquē laboribus proquē salute ani-  
marū, ab apostolica sede (cuius cōtinuē pacē, & dignita-  
tē ordines ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia, quam  
temporalia subsidia, ornamētaquē acceperint, & accipiāt,  
quibus et sancta sua officia, ac vitā suā regularē facilius,  
atque expeditius exequi, & trāsigere possint: & ceterę  
religiose personę, ordinesque alij, exēplo ipsorū prom-  
ptiores, alacrioresq; ad sua officia persoluenda reddan-  
tur. Hinc est, quod nos attendentes, plerosq; ex venera-  
bilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis  
qui eosdē ordines precipue tāquā fructiferos in agro do-  
mini palmites: & colere, & adiuvare deberēt, nō solū id  
exequi negligere, verum etiam Concilij Tridentini de-  
cretis in prauum sensum rectortis eos & eorum quemlibet  
varij afficere incommodis, & perturbationibus, eo-  
rumq; priuilegijs non modicum afferre grauamen, co-  
nantur. Quidam enim Episcopi (vt accepimus) nolunt  
admittere quosdam regulares ad prædicationem etiam  
in suis Ecclesijs faciendam, quamvis de eorum habilita-  
te ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum te-  
stimonium a suis superiorib; Alij vero volunt, vt ne-

A ij dum

dum semel, sed etiam plures in anno, coram ipsis, vel  
eorum Vicariis prædicatores præsententur, ac pro licen-  
tia prædicandi (quam nō nisi in scriptis dare volunt) ali-  
quid quandoq; exigunt. Alij etiam Episcopi, maximan-  
regularibus iniuriā irrogare videntur, dum præter or-  
dinem, & veterem consuetudinem absque illa ratione  
quosdam rehiciunt, & quosdam (pro eorum libito) admit-  
tunt ad prædicationem huiusmodi habendam in locis  
suę diœcesis. Quorundam etiā locorum ordinarij, quos-  
dam Religiosos probos viros, & idoneos) etiā a suis su-  
perioribus approbatos) ad confessiones audiendas ad-  
mittere nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt, non  
solum singulis annis, sed etiā plures in anno, in aliqui-  
bus partibus eosdem confessoresibi presentari. In ali-  
quis vero oppidis tam Episcopi seu eorum Vicarij,  
quam præsbyteri Curati nolunt, ut fratres mendicantes  
vocati ad audiendas cōfessiones infirmorū (maxime si in-  
firmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorū  
domibus, vel alibi, præterquā in suis Ecclesijs aut Mo-  
nasterijs possint accedere. Nonnulli etiā audent Cōfes-  
sores Monialium qui pleao iure subsunt regularibus)  
examinare, cum tamē id minime per concilium decernat-  
tur, sicut &c de fratribus, quisunt audituri confessiones  
aliorum fratrum. Qui etiā in aliquibus partibus nitun-  
tur asserere, seu facere, ne quisquam infra annum possit  
sacram Eucharistiam in Ecclesijs mendicantium recipe-  
re, neq; etiā moniales tertiarias nūcupatas suorū ordinū  
(vt aliqui asserūt,) in aliquibus partibus fieri, cū tamē so-  
lū in Paschate (quo ad seculares dūtaxat) iuxta priuile-  
gia summorū Pōtificū prædecessorū nōrū eisdē ordinis  
bus cōcessa id obseruari debeat. Alij vero Episcopi, seu  
eorū vicarij audēt ad eorū libitū, dare lecētiā quibuscūq;  
quęcūq; monasteria monialū etiā sc̄te clare ingrediēdi  
etiam

etiam si regularium curę subdita sint. Quidam vero sub  
prætextu exquirēdī voluntates puellarum, ante profes-  
sionem earum voluntas extrahere a monasterijs, & per  
longum tempus alibi detinere, ipsasq; puellas seu noui-  
tias de plerisq; rebus interrogant, neq; necessarijs, neq;  
in decreto Conciliij Tridentini de super contētis, exqui-  
bus non modica potest oriri occasio scandali. Alij vero  
pleriq; noluerunt, quosdam regulares aliarum diocesū  
sacris ordinibus initiari: ac etiam a sui ordinis Prelatis  
approbatos, admittere nolunt. Alliqui vero singulis do-  
minicis diebus in suos Parrochianos ad sonū campanæ  
excommunicationem promulgant, vt non possint inte-  
resse missis, cōcionibus, & diuinis officijs, nisi in propria  
parochia. Alij vero ipsis prohibit, vt omnino in alijs  
Ecclesijs (etiam requisiti) non celebrent. Alij vero in ali-  
quibus partibus in eorū Ecclesijs conciones sacre scriptu-  
ræ, & sermones pro mortuis haberi nolunt, & si aliquid  
ipsis relictum fuerit, vt ab ipsis missæ dicantur, vel alia  
officia pro mortuis celebrentur, ipsis sibi ea usurpant,  
dicentes, quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt  
pastores. Alij vero sub excommunicationibus latè senten-  
tię, & exilijs per decenniū a diocesi poena, inhibuerunt  
ne missæ in eorum Ecclesijs celebrentur, in diebus festi-  
uis, ante quam rector Parochialis Ecclesie celebrauerit.  
Alij etiam nolunt, vt dum predicatione in Ecclesia Cathedra-  
lis habetur, alibi prædictetur. Ac insuper in quibusdā  
locis omnem ordinem, & quietem perturbant, dum con-  
trouersias, iam diu sotitas & extinctas super præcedētia  
excitarunt, & ubi nullę erant, pepererunt, dum pro ar-  
bitrio et voluntate eorū, hos illis præferre voluerunt.  
Quidam etiam Episcopi volunt regulares a cura anima-  
rum excludi, & illam solit presbyteris secularibus com-  
mitti. Quidam vero quartam funeralium extendere

A iij volunt

volunt etiam ad missas, legata, & alia quæcunq; quæ domib; regularium relinquuntur. Alij autem volunt quam partem omnium eorumque etiam pro ornamento ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum & eorum etiam quæ pro victu fratrum relinquuntur, Aliqui etiam in quibusdam partibus etiam volunt, ut non solum ius sepulturæ solui consuetum, quod semper soluitur, neç denegatur, sed etiam omne illud, quod Ecclesijs ordinum ad eorum libitum partes dant, quando sepeliuntur ibidem defunctorū corpora, id totum curatis etiam de novo soluatur instanter conantur, impeditentes ne aliter corpora defunctorum, ad Monasteria fratrum deferantur, vnde in hoc maxime tam partes, quæ ipsos fratres grauari contingit. Aliqui vero etiam ex locis mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro seminario decimas exigere, ac in casu renitentia etiam pignus exigunt. Alij autem prefatos fratres ac moniales sub eorum cura degentes subsidium regium per soluere cogunt, cum multe earundem monialium vix habeant pro eorum victu & vestitu necessaria vitæ. Alij etiam in quibusdam partibus pauperes mendicantes eleemosynas petere prohibent pro eorum dum taxat substentatione & si inuenient eos panem vel aliquid aliud simile amore Dei sibi collatum portantes, quandoq; ab eis auferre minantur afficiētes eos graui iniuria & contumeliam. Nō nulli vero Epicopi vel capitula canonicorū pauperes mendicantes tam fratres quam moniales suorum ordinum, tā de redditibus bonorum si quæ habene, quam de possessionibus: vineis: agris: & alijs suis bonis quibus cunq; non solum largitione fidelium sibi concessis: sed etiam alijs iustis de causis ab eis acquisitis ac pecunijs emptis sibi decimas ac primicias alijs respectiue soluere cogunt. Alij autem ausi sunt inquirere, & processus facere

contra

contra aliquos regulares, intra claustra delinquentes, vel de quorū delictis aliqua erat suspicio, non expectata suorum superiorum censura. Alij vero Episcopimonia lium monasteria ingredi, & illa ingrediendi licentias alij scōcedere, & aduersus illas processus formare, ipsorum ordinum superioribus irquisitis, præsumunt. Alii qui etiam dominium temporale super moniales habere prætendunt. Nonnulli vero frequentissime regulares citat, & iurisdictioni suæ subjicere tētant, ac eorū conuentū occupāt, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionem vel potestatem exercēt. Aliqui vero, ipsos carceribus (absque causæ cognitione) mancipāt, ac manibus pe dibusq; laborant, vt regulares mendicantes suæ ditioni subjiciant, & vscq; adeo se intromiserunt in gubernatione conuentū, & in correctionibus fratum, vt Prouincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iurisdictionio. Aliqui autem, cōuentum Piores, & Guardianos rationes, & cōpura facere cum syndicis cōuentū huiusmodi prohibēt. Fratres quoq; qui ad Episcopos huiusmodi recursum habēt, a Prioribus & Guardianis præfatis castigari, & puniri interdīcuntur. Int̄ibent quoq; superioribus ordinum, ne faciat processus cōtra fratres, ac in ipsos imperium, & brachii seculare exercent. Alij vero, ipsos extra claustra degentes sub eorum protectione recipiunt, eosq; sic permanere permittunt, eosq; etiam inuitis suis superioribus detinent. Aliqui vero, bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectatiū, possessionem occupare præsumunt, & ad habitum religionis reuersis, sua bona consignare nolunt. Ac etiā vniones a sede predicta, aut alijs rite factas, de beneficij Ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari debere volunt, & cōtradictores excommunicationis gladio feriunt. Alij vero regulares

regulares campanas diebus festiuis pulsare , vel eodem tempore, quo ipsi celebrant , missas celebrare nolunt. Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quandam domum regularem, triginta , vel quadraginta ducatos, exigere, non erubuerunt. Alij vero eos mortuorum corpora associare, alij autem illos cum Parocho similia munera subire, non permittunt : nisi maior canonicorum pars interuenierit. Alij vero mortuorum officia in regularium Ecclesijs peragi nolunt, nisi cum ipsorum presentia , & ipsorum moniales , vel alias personas etiam si in carum funere Parrochus interuenire no debet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parrocho prius certum quid solutum fuerit, & si aliquem, ipsi sciuerint, in regularium Ecclesijs sepulturam elegisse, eum (vt dicitur) non ante ad illas deferresinunt, quam ad Parrochi Ecclesiam delatum inhibit officium peractum fuerit. Postremo vero, testamēta sine præbbyterorum præsentia fieri , prohibent , & si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant. Ac propterea volentes, præmissis, ac alijs similibus excessibus , & grauaminibus ex nr̄i pastoralis officij debito prouidere , attendentes etiam, illos , qui onus diei, & æstus tam in prædicationibus, quā in cæris spiritualibus muneribus quotidie sustinēt, nisi etiam aliquantis per subleuentur, facile fore, ut oppressi, a suis officijs omnino desistant: ne imposterum eis aliquod infereatur grauamē. Concilij Tridētini huiusmodi decreta quorum falsa , seu minus vera intelligētia præmissa Declaran irrepererunt quorumq; declaratio no nisi ad nos spectat, tur aliqua modo , & forma infrascriptis, declarandum censuimus. decretacō NOS igitur Motu proprio, non ad alicuius instanciā, ellij Tridē sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nr̄is, ac de tini. Apostolice potestatis plenitudine, declaramus Canonē sessionis

Sessonis. xxiiij. cap. iiij. per quem omnibus regularibus etiam in suorum ordinū Ecclesijs, contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur, mendicantī ordinum fratres huiusmodi: quādo a suis Generalibus, vel eorum ministris prouincialibus, ad id deputati fuerint, non cōprehēdere, neq; eos afficerē posse. Imo voluimus quod in suis Ecclesijs quando eis placuerit: licite, & absq; vlo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, (nisi ipse predicauerit) prædicare possint. Quod vero in sessione. xxiiij. cap. xv. circa cōfessiones a regularibus non audiēdas statuitur hoc etiam dictorum ordinum fratres, a præfatis suis Generalibus, vel ministris Prouincialibus ad audiendas cōfessiones vtriusq; sexus Christifidelium approbatos (vt primititur) mīnime conprehendat, ita vt a confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, quam extra, mīnime prohibetur, super hoc literas felicis recordationis Pauli pape. iiij. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mēdificantibns regularis obseruanciæ, posse cōfessiones secularium personarum, etiā infirmarum, etiā extra domus, & monasteria sua, & vñilibet audire, approbādo & de nouo concedendo. Statuimus etiā quod ille qui semel in vna diœcesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel presentari, in dicta diœcesi debeat tam quo ad predicationes faciendas quā quo ad confessiones audiēdas, nec aliquid pro prædictis exigā vel recipi debeat. Cōfessores vero monialium quæ degūt sub cura regularium ab ordinario examinari nolumus quemadmodum neque etiam fratres si debeant audire cōfessiones aliorum fratrum examinari debent. Lectores insuper ex eisdem fratribus & in theologia gradua ti qui cum licētia suorum superiorum ad gradū admissi

A A fuerint

Mēdificant  
in suis pos-  
sun t prædi-  
care ecclo-  
sijs absque  
aliqua con-  
tradictione

Confessio-  
nes tā intra  
domosquā  
extra audi-  
re possunt

Admissus  
semel vna  
diœcesi nō  
tenetur am-  
plius exa-  
minari, vel  
presentari  
in eadem.

Cōfessores  
monialium  
& fratrum  
nec exami-  
nari, nec p-  
sentari te-  
nentur.

Lectores  
aut graduā  
te examina  
ri non tenē  
tur.

Quidde in  
gressu mo  
nasteriorū  
monialitū  
quoad Epi  
scopos, &  
de licentia  
ingrediēdi  
uonanda.

Processus  
aduers mo  
niales , vel  
fratres, Epi  
scopi face  
re non pos  
sunt.

Episcopi  
iurisdictio  
nem vel su  
perioritatē  
i fratres vel  
moniales  
nō habent,  
citarī non  
possunt nec  
cōuect' oc  
cupare.

fuērint cum de ipsorum doctrina ambigendum non sit  
tam confessiones audituri quam prædicationis munus  
subituri ab Episcopis minime examinentur. Cumq; in  
honestun sit: quemlibet in alienam messem faciem in h̄  
cere, cumq; monialium monasteria nō nisi de Episcopi  
vel superioris licentia, & in casibus necessarijs , aliquis

ingredi præsumat, in sessione. xxv. cano. v. prohibetur,  
hoc tātum in illis monasterijs locum habere volumus,  
quæ ordinarijs ipsis pleno iure subsunt in quibus, in ca  
sibus necessarijs ipsis dare licetiam possint. & nō in alijs,  
monasterijs. Ita vt in p̄fatis monasterijs quæ ordina  
rijs ipsis pleno iure non subsunt , ipsis ordinarij illa in  
gredi non possint , prout in regulis earum seu de iure  
statuitur, & eis aliquos processus aduersus moniales ip  
sas, seu fratres huiusmodi , propterea seu alias ipsorum  
ordini superioribus irrequsitis , quo quomodo forma  
re, aut facere, posse, omnino, prohibemus, ita vt aliquam  
iurisdictionem, seu aliud quodcumq; dominium, in mo  
niales & fratres huiusmodi , respectiue habere exerce  
re aut exequi ; nullatenus possint, aut debeant, imo  
illas , & illos, omnes, ab eorum superioritate , domi  
nio, & iurisdictione, & potestate , eximimus & libera  
mus, prout eis concessum est per sua priuilegia , a fede  
præfata obtenta, & ita p̄fate moniales , ac fratres sint

exclusi a superioritate, & iurisdictione ordinariorum re  
spectiue huiusmodi, vt etiam in illarum, vel illorum sin  
dicis, aut procuratoribus deputandis, vel in disponēdis  
illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia fa  
cienda , nullatenus non se intromittant , nec etiam or  
dinarij ipsis , regulares p̄fatos citare & iurisdictioni  
suæ subjcere, ac eorum conuentus occupare ipsos ab eis  
expellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquam & po  
tem exercere; ( vt p̄mittur ) aut ipsos carceribus

mancipare, & contra eos aliquid aliud facere possint ut  
suæ ditioni subiçiantur , neq; etiam se intromittant vlo-  
lo pacto , aut aliqua ratione in gubernatione conuen-  
tuum tam fratrum, quam monialium huiusmodi , & il-  
lorum correctionibus, sed omnia ista & alia necessaria  
ad correctionem & gubernationem fratrum , aut mo-  
nialium huiusmodi, & eorum generalibus, ac ministris  
seu Prouincialibus, vel alijs eorum aut earum respec-  
tive superioribus , etiam rationē computa faciendi cum  
sindicis conuentum huiusmodi , omnino relinquuntur,  
nec vlo modo in præmissis, & alijs, fratres et moniales  
huiusmodi tangentibus ordinarij prædicti per se vel  
alios se intromittant. Fratres quoq; si contingit , eos  
ad huiusmodi ordinarios recursum habere , a præfatis  
Generalibus ministris, seu Prouincialibus, Prioribus,  
Guardianis, & alijs suis superioribus, castigari & puni-  
ri posse, & debere , neque ipsos ordinarios præfatis su-  
perioribus ordinum huiusmodi vllatenus inhibere, qui  
nimo præfatos superiores processus contra fratres suos  
& moniales huiusmodi , quando opus fuerit circa deli-  
ctorum inquisitionem , vel castigationem facere posse:  
decernimus, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio  
brachij secularis. Inhibemus etiam ipsi ordinarijs , ne  
fratres extra claustra degentes, sub eorum protectione  
recipiant , eosque inuitis suis superioribus detineant.  
Prohibemus quoq; eisdem ordinarijs , ne aliquo modo  
se intromittant in bonis dictorum fratrum extra clau-  
stra suorum monasteriorum pro tempore degētum si-  
ue decedentium , & quamvis in habitu siue absq; habi-  
tu moriantur volumus quod eorum bona mobilia , &  
immobilia , ad ordinem quem professi sunt pertineant  
disponenda, iuxta cōstitutiones, seu ordinationes pre-  
fatorum ordinum , neq; illa ordinarij præfati occupare

Episcopi  
nō se intro-  
mittunt in  
gubernatio  
ne cōuentū  
fratrum vel  
monialium

Regulares  
habetes re-  
cursum ad  
Episcopos  
possunt a  
suis supe-  
rioribus pu-  
niri.

Episcopi  
nō recipiāt  
fratres ex-  
tra claustra  
degētes sub  
protectiōe  
sua inuitis  
superiorib⁹

A vi prælū

Bona regularium de cedentium siue in habitu, siue extra habitu ad ordinem quem professi sunt pertineant præsumant, imo huiusmodi & ad habitum religionis revertentium bona omnia monasterijs ipsis, cum ea quæ acquirit monachus de iure monasterio acquiratur, pertinere etiam decernimus. Ac ipsis ordinarijs, ne quæcunq; uniones etiam perpetuas a sede predicta vel alias ut præfertur hactenus factas, & pro tempore faciendas de beneficijs Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiantur effectum impediāt, omnino etiam prohibemus, & ceasuras ecclesiasticas, & alias pænas per eos in contradictores pro tempore lataς, nullius esse roboris vel momēti, similiter decernimus & declaramus, insuper volumus quod præfati regulares quibus cura animarum inest, possint per se ipsos iuxta eorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios seu Capellanos seculares ipsorum regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere, neq; in eorum deputatione, vel amotione, neq; alicuius partis fructuum consignatione, pro præfatis Capellanis seu Vicarijs secularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vlo pacto se intromittant. Prohibemus insuper eisdem ordinarijs, ac alijs quibuscumq; personis, ne impediant ipsos fratres quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festiuis, aut aliquotius anni temporibus, campanas pulsare, & etiam tempore quo ipsi celebauerint, missas celebrare, necnon mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos quando in ecclesijs suis præfatis delata fuerint, etiam absq; præsentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariang; præsentiam rectorum aut aliorum clericorum quin infirmiliberes sua possint cōdere testamenta minime esse, ac ipsis regulares legata, aut que sis alia sibi in testamētis

Regulares possunt exercere curam anima rum.

Possunt cā panaspulsa re missas celebaret, mortuorū corpora as sociate.

mentis relictā, exigere & obtinere posse, neq; aliquod  
iūs in contrarium esse, decernimus & declaramus. Volu-  
mus etiam, quod puerarum deo dicādarum, an scilicet  
coacte, vel seducte fuerint, examen faciendum, non nisi  
infra quīndecim dies postquā iuxta Concilium Triden-  
tinum, Episcopi, vel eorum Vicarij requisiti fuerint, si-  
ri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromi-  
tere non liceat, cuius occasione nec Episcopus, nec eius  
Vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed  
stent ante cratem ferream, & interrogaciones alias quā  
eas quē præfatum Concilium Tridentinū iubet, eis fie-  
ri omnino probibemus, ac similiter volumus, quod puel-  
le, seu nouitię ipsæ ad alias interrogaciones responde-  
re minime teneantur. Sessionis vero. xxij. cap. viij.  
neminem nisi a proprio Episcopo ordinari posse sta-  
tuens, in regularibus locum non habere omnino de-  
claramus, ita quod fratres huiusmodi præfatos etiam sa-  
cros ordines, a quolibet Antistite gratiam & commu-  
nionem apostolicæ sedis habente, ( ordinarij locūmini  
me requisitalicentia ) in locis, seu domībus fratribus hu-  
iusmodi, aut alibi, recipere possint. Et insuper Sessio-  
nis. xxij. decretum per quod populum sepe ad suas ec-  
clesias, saltem dominicis & maioribus festiis diebus,  
conuenire debere monet insequendo: volumus quod  
fratribus mendicantibus huiusmodi, non solum prohibi-  
beri non possit, nemissas, & alia diuina officia faciant  
in eorum ecclesijs, verum etiam in quibusunque alijs  
vb̄ celebrari missas solitum est, etiam ipsis non vocatis,  
seu ad id requisitis celebrare valeant. Ac etiam quod  
conciones, & lectiones sacrae Scripturæ, & sermones  
pro mortuis, etiā in ecclesijs suis facere: ac eleemosynas  
pro celebrādis huiusmodi missis, & alijs diuinis officijs  
peragendis, si eis illas donari seu relinqui contingat,

Quomodo  
nouitiae sint  
examinan-  
da ante p;  
fessionē ab  
ordinarijs.

Regulares  
a quo cūq; z  
Episcopo  
ordinari  
possint.

Quod fra-  
tres missas  
in festiis  
diebus cele-  
bre pos-  
sunt in qui-  
busunque  
ecclesijs: et  
ante quā re-  
ctor Patro-  
chialis ce

A vij recipere lebret.

Celebrare recipere, necnon missas, & diuina officia huiusmodi,  
possunt et etiam in diebus dominicis, vel festiuis, etiam antequam  
antequam celebretur rector Parochialis ecclesiae celebrauerit, celebrare &  
in parrochiali. facere: & quando eis videbitur, etiam si tunc in ecclesia  
Prædicare cathedrali prædicetur: prædicare, ac etiam quicunque  
possunt et si in cathedrali prædi-  
cetur.  
In diebus sexagesimis Christi fideles, totius anni tempore illas,  
possunt missas in ecclesijs fratrum huiusmodi, audire possint, ipsi-  
cetur. Christifideles vllatenus desuper molestari, aut im-  
pediri per locorum ordinarios, seu rectores Parochialium ecclesiarum, aut alios quoscunqz vlo pacto causa:  
vel occasione non valeat, seu debeant, sed præfati Christifideles audiendo missas, & alia diuina officia in ecclesijs fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis,  
præcepto ecclesie de illis audiendis, satisfecisse censeantur. Ipsique Christifideles, sacramentum Eucharistie,  
(resurrectionis Dominicæ festiuitate dñtaxat excepta) sumere, eisque illud per fratres huiusmodi administrari  
valeat, nec ad aliud faciendum per locorum ordinarios, aut ecclesiarum rectores prefatos, seu alios quoscunqz  
(illorū licetia minime requisita) etiā sub censuris ecclesiasticis & alijs poenis, cogi vel cōpellī possint, seu debeat.  
etiam decernimus & declaramus. Et licet in sessione. xxv.  
cap. xij. caueatur, quod censuræ & interdicta ecclesiastica etiam a locorum ordinarijs promulgata mandante  
Episcopo, a regularibus in eorum ecclesijs publicari de-  
beant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis  
sanctorum ordinum eorumdem, ac alias in alijs festiuitatibus iuxta eorundem ordinum priuilegia apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in prefatis festiuitatibus & earum octauis suspēdimus. Conterouer-  
sias autē omnes de præcedētia que eadem sessione xxv.  
cap. vero. xij. per Episcopum terminari mandantur, nō nisi durantes, per illum dirimi, finitas autem, nullo  
pacto

pacto innouari posse statuimus, Cuiq[ue] licet cap. xij. sesio-  
nis. xxv. statuat quod in domib[us] virorum seu mulierū,  
quibus animarum personarū secularium cura imminet,  
nulli etiā ad nutum amobiles, inib[us] deputentur, nisi de  
ordinarij consensu ac preuio examine huiusmodi p[re]ce  
dēte: ad curam huiusmodi admitti posse omnino volu-  
mus p[re]fatos regulares. Quartam autem funeralium de-  
qua sess. xxv. cap. xiiij. nequaquam soluere teneātur mo-  
nasteria, quæ a quadraginta annis citra fundata existūt,  
postquam Concilium ipsum loquitur tantū de monaste-  
rijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quar-  
tam soluere consueuerunt. & vbi solui consueuit, id tā-  
tum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri  
cōtigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepul-  
tura[m] deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel  
alijs fratribus ipsis seu monialibus huiusmodi relictis,  
aut aliàs quomodolibet donatis solui debet. Sicq[ue] intel-  
ligi Concilij decretum, quo ad quartam huiusmodi sol-  
uendam debere decernimus. Vbi vero non est consue-  
tudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo suprascryp-  
ptorum solui debere declaramus. Nec ad quartam seu  
aliam partem omnium eorumque etiā pro ornamēto  
ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinarū, pannorum,  
& aliorū quæ dictis ecclesijs relinqui vel dari cōtigerit,  
etiam si pro vičlū fratum, aut aliàs relinquantur, aliquid  
contribuere teneantur. Ac etiam ius sepulture solui tā-  
tum consuetum curatis, & non aliquid aliud eis solui de-  
beat, quan[uis] partes ad earum libitum ecclesijs ordinū  
huiusmodi, seu eorum fratribus, alia quæcumq[ue] tribuant  
seu eleemosynas elargiantur quādo sepeliuntur ibidem  
corpora mortuorum huiusmodi, nec propterea impedi-  
ri debeat, quin possint defunctorum corpora p[re]fata  
ad eorum ecclesijs tumulāda deferri facere. In honestū  
quoq[ue]

dentia diri-  
mantur.

Regulares  
ad curam  
animarum  
admitti de-  
bent.

Quarta fu-  
neraliū nō  
soluenda.

Nec quar-  
tā nec par-  
tē aliquam  
eorum que  
fratribus re-  
linquuntur  
tenētur tri-  
buere.

Ius sepultu-  
re soluēdū.

quoque esse censentes, Mendicantium ordines ad aliquo  
rum onerum contributionem teneri, illos, illorumque  
loca, etiam si curam animarum habeant, ac quæcumque  
Médicantes beneficia illis unita, ad contributionem pro seminario,  
curamani, aut decimarum aliquarum solutionem, immo illos, &  
marum ha- eorum domos, monasteria, beneficia, & loca quæcum-  
beates non que, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque  
tenetur ad possessiones, vineas, agros, & prata: ac alia bona quæ-  
aliquam cō cumque, tam ad ipsos, quam ad moniales præfatas etiam  
tributionē largitione fidelium, seu alias iustis de causis ab eis acqui-  
pro semina sita, ac pecunijs empta vel alijs quomodolibet pertinen-  
rio.

tia, minime teneri: illosque & illas, a quibuscumque deci-  
mis, primitijs, quartis, medijs, & alijs fructum parti-  
bus, necnō subsidijs charitatiuis etiā per nos concessis,

Decimas ad quorumcumque etiam regum, principum, & domino-  
aut subsi- rum temporalium instantiam, quacunque etiam virgin-  
dia mini- tissima & de necessitate exprimēda causa, ac etiam alijs  
me soluere quibuscumque oneribus, tam ordinarijs, quam extraor-  
tenentur. dinaris: etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum,  
lignorum, benefiorum, & aliarum quarumcumque re-  
rum tam pro victu quam vestitu, aut alijs sibi necessa-  
riarum quomodolibet etiā auctoritate apostolica nunc  
& pro tempore impositis, ita ut poenitus & omnino ad  
alicuius rei contributionem minime teneantur, omni-  
no eximimus, & liberamus: illosque & illas, ad illos &  
illa etiam si seculares & aliae personæ quæcumque in eas  
exigendi possessione fuerint, minime teneri debere vo-  
lamus: nec sub cap. xij. sessionis. xxv. cōprehendi posse,  
vel debere decernimus. Quod vero de vīsu quæstorum

Eleemosy-  
nas petere  
possunt.

eleemosynarū auferēdo loquitur sessionis. xxj. cap. viij.  
id ad mendicantium ordines nullo modo referri posse,  
vel debere etiam decernimus: quin potius cum ex ele-  
mosynis huiusmodi viuere cogātur, eis id facere, liberū  
omnipotē

omnino esse declaramus. Quoniam vero ex nimia Epi-  
scoporum libi irrogata auctoritate ipsi personas regulas  
res suae iurisdictioni subiijcere omnino student, ac de-  
creto Cōcilij præfati sessio nis. xxv. cap. xiiij. edito, quo  
cauetur, quod si regularis intra claustra existens, & ex-  
tra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalosus sit,  
termino ab Episcopo præfigendo, a suo superiore om-  
nino puniatur, sin minus, ab ordinario deliquens pu-  
niri possit, confisi varijs in debitisque grauaminibus re-  
gulares afficiant, ordinarios præfatos aliquid contra re-  
gulares in claustris degentes huiusmodi quis pretex-  
tu occasione, vel causa innouare non posse, vel debere:  
nec aliquos processus contra ipsas personas regulares  
formare: aut facere posse volumus: nisi propter mani-  
festum scandalum: & suorum ordinum superioribus  
prius consultis, & negligentibus: alioquin, omnia: &  
singula: contra præmissa facta: & gesta: ac facienda in  
futurum, pro nullis & infectis habeantur. Licentias ve-  
ro pro construendis domibus regularibus, quæ. iiij. cap.  
xxv. sessionis nisi ordinarij licentia cōstrui prohiben-  
tur: gratis omnino dari, & non nisi legitima subsistente  
causa (superioribus explicanda) illas recusari posse:  
nec non fratres præfatos (etiam solos) mortuorum cor-  
pora associare. Ac mandatum in die cœne Domini fieri  
solitum in ecclesijs, seu domibus fratrum cuiuslibet or-  
dinis predicatorum: solemniter facere: & predicta die  
prædicare hora qua eis videbitur: nec per locorum ordi-  
narios: aut Rectores ecclesiarum: seu alios quoscunque  
prohiberi posse, etiam decernimus: & declaramus.  
Mandites etiam vniuersis locorum ordinarijs, ne mor-  
tuorum officia agere Rectores parochialium in eccle-  
sijs ipsorum fratrum (contra illorum voluntatem) per-  
mittant, Ac moniales dictis fratribus subditas: vel per-  
sonas

Regulares  
delinquentes  
a suis  
superioribus  
puniantur.

Episcopi  
contra regu-  
laries pro-  
cessus face-  
re non pos-  
sunt.

Licentia p  
costruēdis  
domibus,  
gratis dare  
debent.

Mādatum  
in die cœnæ  
domini fa-  
cere & pre-  
dicare pos-  
sunt.

Portio nō  
soluēda p  
sepultura  
monialū  
vel alia nū  
personā nū  
sonas sepulturam in eorum ecclesijs eligentes (nulla i o  
luta Parrocho portione) sepelire : vel si fratres ad mor  
tuorum corpora associanda vocati fuerint , illa absque  
fratrum huiusmodi præsentia sepeliti facere , audeant,  
vel præsumant . Cumq; maximè deceat , liberam esse  
cuiusvis testantis voluntatem , prauum illum vsum , par

uo ad huc tempore , ) vt præfertur ) introductum , per  
quē testamēta absq; presbiterorum præsentia fieri inter  
dicuntur , omnino abrogamus . Postremo quod cap . xiij .  
sess . xxv . cautū fuit , quod omnes scilicet tām clericī , quā  
regulares quicunq; ad publicas processiones vocati , ac  
cedere compellantur : id quo ad fratres præfatos de il  
lis tantum processionib; intelligi volumus , ad quas se  
cundum consuetudinē antiquam locorum , soliti sunt  
accedere : vel quē pro bono pacis ecclesiæ , vel pro victo  
ria contra infideles indicuntur : quod etiam de illis con  
uentibus ( qui collegia , nuncupantur ) minimē intelli  
gi volumus , in quib; fratres sub arctiori clausura de  
gunt , ita ut nec in choro cantent , nec ad mortuos acce  
dant : sed tantum studijs , & lectionibus vacent . Præte  
re si forte inter Episcopos , vel collegia , aut capitula ,

Ad quas p  
cessiones  
compelli  
possint re  
gulares .  
Fratres qui  
sunt in col  
legijs ad  
rullas te  
tentur ire .  
Fratres qui  
sunt in col  
legijs ad  
rullas te  
tentur ire .

vel alias quasvis personas & præfatos fratres , seu mo  
niales , aut eorum aliquos , super præmissis vel aliquo  
eorum , coram quocunq; seu quibuscumque iudicibus ,  
etiam causarum palatijs A postolici Auditoribus , ac san  
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus tām in Romana  
Curia quam extra eam , vñlibet lis , seu lites respectiue  
pendeant : nos sitem seu lites , & causam , vel causas hu  
iusmodi ad nos aduocamus , ac illam , & illas , quarum  
statum , ac nomina , & cognomina iudicum , & colliti  
gantium præsentibus haberi volumus pro sufficienter  
expressis , cassamus , & extinguimus , ac partibus ipsis  
perpetuum silentium desuper imponimus . Ac insupe  
vt fa ,

A uocatio  
& extintio  
litium , sup  
aliquo : pre  
missorum .

ut facilius premissa omnia illibata persistant, omnia &  
singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates. indulta, dispensationes, fautores, & gratias, que decretis Concilij tridentini alias quam ut superius est dictum, concessum, & declaratum, non contrariantur expresse eisdem fratribus, nec non monialibus quibuscumque, & sororibus tertij ordinis predicatorum ordinum respectine ordinibus, ac illorum ecclesijs domibus, & personis, etiam viuævocis oraculo in gene revel in specie tam per f. reco. me. Eugenij. iiiij. Sixtum iiiij. Leonem. x. Paulum. iiij. ac dictum Paulum. iiij. & Più etiam iiij. quam alios quoscumque Romanos Pontifices etiam predecessores nostros, ac nos, & sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, & innouata: nec non nostras, et predecessorum nostrorum, ac alias quascumque de superconfectas literas, quarum omnium tenores, ac eorundem predecessorum nostrorum nomina, et alia necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum ( nichil penitus omisso) et forma in illis tradita obseruata, in ferti forent, etiam presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ et inuiolabilis firmitatis robur adjicimus: eaq; perpetuis futuris temporibus in uiolabilitè obseruari debere, ac fratribus superioribus, et personis ordinum huiusmodi, nec non alijs quibuscumque quos illa concernunt, suffragari debere, seu posse volumus. Nec non priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, et gratias tam spirituales quam temporales, modo et forma quibus concessa sunt, etiam per viam communicacionis et extensionis, ac iure et passione inter se, & alios quos cungordines respectue, de novo concedimus: illaq; Denovo omnia conceditur.

omnia & singula ad domos , & loca quacūq; dictorum mendicantium ordinum , & monialium quarumcunque ac sororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuentium dictorum ordinū (ut præfertur) haec eius recepta , & imposterum recipienda , Nec non eorum personas & bona, etiam si preuilegiorum & aliarum gratiarum præfatorum auctentica originalia, propter temporis antiquitatem vel varias Vrbis ruinas, de perdita existant ( dummodo de eis alias legítime constet) extendimus, & ampliamus. Et sic impræmissis omnibus & singulis per quoscunq; iudices & personas quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales : & Auditores præfatos, sublata eis , & eorum cūilibet , quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate , & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere : nec non quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit attentari, irritum, & innane decernimus. Quo circa dilectis filijs nostro prædicatorum

Indices aſſignantur. Cardinali protectori, & sancti Hieronymi Generali ordinum ac curie causarum Cameræ apostolice etiam Generali Auditori, nunc & pro tempore existentibns, per apostolicascripta motu simili mādamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnuſ eorum per ſe, vel alium ſeu alios, præſentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem fratrum aut monialium, vel alicuius eorum fuerint de ſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis, defenſionis præſidio aſſistentes: facianc (auctoritate noſtra) præſentes, & in eis contenta, huiusmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos quos literæ ipſæ concernunt, pacifice frui & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum de ſuper, contra præſentium temporum per quoscunque ( etiam locorum ordinarios) quomodo

quomodo libet indebit molestari, cōtradictores quos-  
libet & rebelles, per cēsuras & pœnas ecclesiasticas, alia  
quē opportuna iuris remedia (appellatione postposita)  
compescendo, legitimisquē super his habendis, seruatīs  
processibus, cēsuras et pœnas ipsas) etiā iteratis vicibus)  
aggrauando, & interdictum ecclesiasticum apponēdo,  
inuocato etiā ad hoc si opus fuerit) auxilio brachij sæ-  
cularis. Non obstantibus præmississimis, & alijs apostoli-  
cis necnō in prouincialibus et synodalibus Cōcilij edi-  
tis, generalibus vel specialibus cōstitutionibus & ordi-  
nationibus apostolicis, ac etiā iuramēto confirmatione  
apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis,  
& cōsueta dīnibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis  
Apostolicis eis lē Episcopis, vel quibusuis alijs perso-  
nis sub quibuscumq; tenoribus & formis, ac cū quibus-  
uis etiā derogatoriarum derogatorij, alijsq; efficaciori-  
bus et insolitis clausulis, irritatibusq; et alijs decretis in  
genere vel in specie: etiam Motu simili, ac alias quomo-  
dolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus om-  
nibus, etiam si pro illorū sufficienti derogatione de illis  
eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, &  
individua non autē per clausulas generales idē impor-  
tantē, mentio seu quevis alia expressio habēda, aut ali-  
qua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores  
huiusmodi ac si de verbo ad verbū (nihil pœnitus omis-  
so) & forma in illis tradita obseruata, inserti forent: præ-  
sentibus prō sufficienter expressis, et insertis habentes,  
illis alias in suo labore permansuris, hac vice dūtaxat,  
specialiter et expresse derogamus. Necnō omnibus illis-  
que in literis cōfirmationis, et innouationis, priuilegio  
rum eorumdem, alias per eosdem Paulum.iiiij. & Pium  
etiam quartum prædecessores nostros prædictos, ordinis  
fratrum minorum huiusmodi concessorum, concessum

est, non obstatere contrarijs quibuscumque. Aut si locorum  
ordidarijs, vel quibusuis alijs communiter vel diuissim ab  
Apostolica sit sede indulatum, quod interdici, suspendi,  
vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas,  
non facientes plenam & expressam ac de verbo ad  
verbū de indulto huiusmodi mentionem. Et quia diffi-  
cile foret earumdem præsentium literarum notitiā ad qua-  
scunque personas peruenire, & vbiique illas præsentare  
etiam motu & scientia similibus volumus, & decernimus,  
quod trāsumptis earūdē præsentium literarū, (etiam per  
impressionē factis) manu alicuius Notarij publici sub  
scriptis, aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesia-  
stica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur  
præsentibus literis originalibus (si præsentarentur vbi-  
que) adhibeatur tā in iudicio quā extra illud, plena &  
indubitate fides. Nulli ergo omnino hominum liceat,  
hanc paginā nostrā declarationis, inhibitionis, exem-  
ptionis, liberationis, inhibitionis, suspensionis, statuti,  
decreti, mandati, abrogationis, auocationis, cassationis,  
extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis,  
adiectionis, concessionis, extensionis, ampliationis,  
voluntatis, & derogationis infringere, veleci ausu teme-  
rario cōtraire. Si quis autem hoc attentari præsumperit  
indignationem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri &  
Pauli apostolorū eius se nouerit incursum. Dat. Romæ  
apud S. Petru anno Incarnationis Dominicæ millesimo  
quingentesimo sexagesimo septimo, decimo septimo  
Kl. Iulij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ce Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Exemplar auctentīcū missum à Roma exhibuit R.P.  
Magister Alfonsus à veracruce, ordi, heremī, S. Augu-



Tecnológico  
de Monterrey



Tecnológico  
de Monterrey



Tecnológico  
de Monterrey



Tecnológico  
de Monterrey

PIUS IV AND PELLEGRINO MELCHIORI  
MEMORIAM HENRI